

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

vixit. 107. se testante. Deinde reuertitur dispositio ad saturnum qui octauo mense membra infantis sua frigiditate consolidat et constringit atque condensat. Inde fit ut si tunc puer nascatur non vivit et hoc accidit propter dissemperantiam frigiditatis saturni esse pueri tunc disponentis. ¶ Nono autem mense iupiter regnat qui tunc membra infantis temperie sua sepe erans a matris utero abrupto consolidatione salutifere educit: et sic pueri qui tunc nascuntur credunt esse vitales. ¶ Posset tamen dici quod hermes cui ptholomeus assensit quod mox concepti in utero sunt. 3. maior: scilicet que constat ex. 288. diebus et media que ex. 273. diebus atque minor: que constat ex. 258. diebus: et nulla illarum dividitur per aliquem numerum mensium ex supradictis. Ad quod posset respondere quod ptholomeus et hermes considerauerunt illos partus qui communiter accidunt non considerantes qui pueri debeant esse vitales vel non: sed solum communes moras infantium in utero: et fuerunt similiter locuti de illis qui transeunt septimum mensem in mora: nec etiam eorum regula fuit ita generalis quin possit ei derogari per speciale. Ipsi enim non potuerunt transire sicco pede callem illum nec est de mea interpretatione disputare super his quia satis videtur quod possit saluari et planificari utrumque. Sed hic hactenus reuertendum est ad propositum iuxta huius operis intentionem.

¶ Capitulum decimum qualiter disponat vita nati sui annos nutritionis cuiuslibet planetarum.

¶ Est aliquid dicendum de dispositione naturalis vite nati qualiter qui cuiuslibet ex planetis disponat a principio sui usque in finem eius. Cuius ordo talis est: luna enim que est propinquior terre et omnibus planetis vel ocior dicitur: et incipiendo ab inferioribus est primus planetarum in ordine disponit vitam nati ab eius principio quatuor annis qui sunt eius anni nutritionis. Et dicitur illa dispositio et reputat quasi nutritio. Deinde disponit mercurius. 10. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit venus septem annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit sol. 19. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit mars. 15. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit iupiter. 12. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit saturnus. 30. annis qui sunt sui anni nutritionis. Si quidem hoster fuerit natus reuertitur dispositio ad lunam postmodum ad mercurium: et sic ad ceteros planetas ut dictum est. Unde in quacumque dispositione aliquis predictorum dispositio bene dispositus fuerit in illo tempore bene disponeat vitam nati et contra. Et addet vel diminuet in annis illis significatori nati in tempore illo iuxta suam dispositionem atque suum esse.

¶ Capitulum undecimum quem ex diebus et quam ex noctibus habeat quisque planeta et quare denominet ab eo et de horis inequalibus et de horis masculinis et femininis.

¶ Cuiuslibet planetarum habet proprium diem et propriam noctem sibi deputatas unde cum fuerit aliquis dies deputatus vel aliqua nox alicui planete erit prima hora illius diei vel illius noctis illius planete a quo de-